petrauit. ij. Regum. xi. Arguuntur a dño ocioſi qm̄ vocantur operarij ad mercedē Mat. xx. Seruus qui in vno talento noluit operari turpiter fuit a dño reprobatus. Mat. xxv. Paulus reprehēdit grauiter ocioſos dicens. Qui nō vult operari nō manducet. ij. Theſſaloniceñ. iij.

Capitulū. 93.

De oppreſſione bonoꝝ ꝛ malorum
Opprimunt mali bonos.
Illis inuidentes de felicitate
Et laſciuientes in carnalitate
Illos perſequentes ex malignitate
Illos audientes dicta veritate

Opprimunt mali bonos aliquando ex ſola inuidia. quia vident illos feliciter proſperari. Sic Cayn ex inuidia preualuit in abel et eum nequiter ꝛ inuidioſe opprimendo occidit. Gen. iiij. Eſau inuidus quia iacob patris benedictōez vſurparet voluit eū occidere. propter qđ iacob eſt cōpulſus fugere ad laban. Gen. xxvij. Egiptij inuidentes filijs iſrahel. qꝛ creſcebant oderant eos ꝛ grauiter oppreſſerunt. Exo i. Saul ex ſola inuidia perſecutus eſt dauid eo ꝙ ſibi victoria Goliath erāt aſcripta. Dicebant eñ. Percuſſit ſaul mille ꝛ dauid decem milia. i. Reg. xviij. Saluator noſter ex inuidia fuit dampnatus ab anna ꝛ Caypha ꝛ iudeis Mat. xxvi.

Opprimunt mali bonos ꝓpter eoꝝ luxuriam quā bonis impedientibus exercere non poſſunt. vel quia eos de luxurie vicio comprehēderūt. Sic domina cui ſeruiebat Joſeph quia ſuā concupiſcentiam exercere nō potuit eū opprimunt falſe voluit. Gen. xxxix. Sodomite ꝓpter eoꝝ luxuriā animam loth multipliciter et inferendo violentiā vexati ſunt Gen. xix. Duo luxurioſi presbiteri ſuſannā propter eorum luxuriam neqter opprimebāt. Dañ. xiij. Herodes ꝓpter luxuriam ad petitōem meretricis iohannē baptiſtam in carcere decollauit. Mar. vi. mat. xiiij.

Capitulū.94.

Opprimunt mali bonos ꝓ
pter eoꝝ ſuperbiā ⁊ ambitōem
dominij. Sic abymelech am
bičs principatū fratres ſuos
neqͥter interfecit. Judi.ix. Ab/
ſolon ambiens regnū patris
ipſum eſt acriter perſecutuſ.ij.
Regū.xv. Amon ex ſuperbia
ꝓcurauit mardocheū occidere
⁊ iudeos. ſed deus aliter ordi/
nauit. Heſter.iij. Propter ſup
biaꝫ nabuchodonoſor fecit ſta
tuam aureā pueros vero non
adorantes eos fecit proijci in
fornacē ⁊ danielem in lacū le
onum. Dan.iij.⁊.vi. Triphon
q̄ ꝓpter dominū ſuū āthiochū
adoleſcentem occiderat ꝓdito
rie Jonathan ⁊ eius filios īter
fecit. i. Macha.xiij. Oppri
munt mali bonos ex ſola cor/
dis neqͥtia ⁊ deprauatōe men
tis. Sic impia yeſabel oppri/
mebat helyam ꝓphetā.iij. Re:
xix. Rex ioram audiens famē
eſſe in terra caput heliſei prece
pit amputari. iiij. Reg.vi. Ne
quiſſimus holofernes voluit
iudeos opprimere nuper de ca/
ptiuitate reuerſus. Judith.ij.
⁊ ſequētibus. Propter ſuā ne
quitiam anthiochus in ieru/
ſalem hoīm cedē fecit. primo
Macha.i. Ex magna neqͥtia
cordis herodes perſecutus eſt
criſtum ⁊ pueros interfecit. vt
habetur Mat.ij. Silr̄ herodeſ
agrippa occidit iacobū ⁊ Pe/
trum incarcerauit. Actu.xij:
Opprimūt etiā mali bonos
q̄ veritatē loquuntur quā ipi
mali habēt odio. Sic ab im/
pio ioas lapidatus eſt zachari
as q̄ ipm̄ veriſſime inſtruebat
ij. Para.xxiiij. Sic ieremias
fuit a rege miſſus in carcerē:
qui nūciauerat veritatē. Jere/
mie.xx. Sic ananias falſus
ꝓpheta mēdacio voluit cōfun
dere ieremiā ꝓphetam veriſſi/
mū. Jeremie.xxviij. Pricipes
ſacerdotū cōſortij incarcerauę
rūt apl'os qui veritatē dei lo/
quebātur. Actuū.v. Judei la/
pidauerunt ſtephanū. qꝛ non
poterāt reſiſtere ſpūi qui loq̄/
batur. Actuū.vij. Paulus q̄
predicabat publice veritatem
multas oppreſſiones ſuſtinu/
it a iudeis. Actu.xij.xiiij.xvi

Capitulū.94.

De oratōne ⁊ deprecatione.
Orare volentes debent at
tendere pro quibus inquiri
tur ⁊ qui deprecatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf